

regendam Ecclesiam Mexicanam anno MDLI in qua magno Animarum fructu, & miranda erga egenos misericordia eluxit, præfuitque duobus Concilijs Provincialibus, primo celebrato anno MDLV. & secundo anno MDLXV. Perfecit opus Capellæ Beatissimæ Virginis de GUADALUPE, & post diuturnam infirmitatem obiit anno MDLXIX. ætatis suæ octogessimo, & sepultus est in Regio Conventu Mexicano sub Ordinis.

D. Petrus Moya, & Contreras natus Cordubæ, Doctoris lauream in Sacris Canonibus in Universitate majori Salmantina adeptus, Magister Scholarum in Cathedrali Ecclesia Canariensi, Inquisitoris munus primum Martiæ, postea Mexici exercuit; electus in Archiepiscopum Mexicanum die xv. Junij anno MDLXXXIII. Præfuit tertio Concilio Provinciali celebrato anno MDLXXXV. cum assistentia sex Episcoporum, & a Sixto V. confirmato anno MDLXXXIX. A Rege Catholico Visitator generalis, hujus Novæ Hispaniæ Pro-Rex, & Dux generalis fuit nominatus post mortem Comitis Brigantini Portus, vulgo Coruña, cumque in Hispaniam reversus fuisset ad Visitationis suæ reddendam rationem, ob ejus notam Regi Catholico probitatem summi Indiarum Senatus Præses electus, paucos post menses obiit Martii mense Decembri anni MDXCI. & sepultus est in Ecclesia Parochiali Matritensi Sancti Jacobi.

D. Alphonsus Fernandez Bonilla, natus Cordubæ; Inquisitoris munus Mexici obtinuit, & Decanatum Sanctæ Ecclesiæ; deinde ad Episcopatum Guadalaxarensis electus. Visitator generalis Regni Peruviani nominatus, postea a Philippo II. ad Archiepiscopatum Mexicanum assumptus die xv. Martij anni MDXCI. consecratus in Civitate Regum, Justo Regio compulsus ad pacificandos Urbis Quitensis populares tumultus, cum inde extricare se facile nequisset, Archi-Diœcesi Mexicana non potitus, decessit intra Peruvianam, & fuit sepultus Limæ in Cathedrali Ecclesia.

D. Fr. Garcia de Sancta Maria Mendoza, natus Compluti

ex

ex Perillustri Ducum del Infantado prosapia, Sacri Ordinis Divi Hieronymi Monachus, ejusdem Religionis Generalis, Prior Regalis Monasterij Sancti Laurentij in Schoriati, executor testamenti Philippi II. Electus ad Ecclesiam Mexicanam a Philippo III. anno MDCC. quam strenue rexit sex circiter annis. Ingentes labores in reformando Clero, & Populo subijt, præcipue ad Sedis suæ vindicanda jura, parcus sibi, largus erga alios, vere Pater pauperum, hæc miserabilium Indorum. Obijt mense Octobris anno MDCCVII. & in hac Cathedrali Ecclesia fuit sepultus.

D. Fr. Garcia Guerra natus Fromestæ Diœceseos Palentina Sacri Ordinis Prædicatorum, habitum suscepit in Conventu Vallisoleto Sancti Pauli, ubi Prior, & Magister Provincie. Electus ad Ecclesiam Mexicanam a Philippo III. die xx. Octobris anni MDCCVIII. & simul Pro-Rex institutus, utriusque muneris partes recte, hæc feliciter explevit usque ad annum MDCCXII. quo obiit ex causa quodam, & curru præcipitio, cui reparando impar fuit omnè remedium, ob læsionem jecoris, & unius costæ inde contractam, defuncto duplicia funera impensa sunt, ut Pro-Regi, & Archiepiscopo. Jacet in hac Sancta Metropolitana Ecclesia.

D. Joannes Perez de la Serna natus Corberæ in Diœcesi Concheñsi, prius Alumnus insignis Collegij Seguntini Sancti Antonij, postea majoris Sanctæ Crucis apud Vallisoleto, in cujus Academia Durandi Cathedrali moderatus est; Canonicus Magistralis Sanctæ Ecclesiæ Zamorensis, electus ad Ecclesiam Mexicanam die xviii. Januarij anni MDCCXIII. a Philippo III. quo in munere, ut vigilantissimus Pastor a Summo Pontifice fuit literis commendatus; erga Pauperes beneficus, oves suas verbo, & exemplo patebat. Suo tempore translatus fuit corpus V. Viri Gregorij Lopez Matritensis mille titulis colendi, & dignissimi ob excellentiam vitæ, ut ab Ecclesia, ejusque Summo Pastore Sanctorum factis adseribatur; Sermone fecit in festo Canonizationis Seraphicæ

L1

San-

INDEX CAPITUM HUIUS LIBRI STATUTORUM,

S <i>Anticæ Mexicanae Ecclesie erectio.</i>	Pag. 49
PRIMA STATUT. PARS CONTINET.	
<i>Cap. I. De possessione Prælati capienda, & modo.</i>	P. 35.
<i>Cap. II. De loco Capitularium.</i>	P. 40.
<i>Cap. III. De Decano, & ejus præeminentijs.</i>	P. 42.
<i>Cap. IV. De Archidiacono.</i>	P. 45.
<i>Cap. V. De Cantoris officio, ac Dignitate.</i>	Ibidem.
<i>Cap. VI. De Scholastici Dignitate.</i>	P. 46.
<i>Cap. VII. De Thesaurario.</i>	P. 47.
<i>Cap. VIII. De Canonicis.</i>	P. 48.
<i>Cap. IX. De integris, ac dimidijs Portionarijs.</i>	P. 49.
<i>Cap. X. De decimarum partibus, ad Prælatum, Capitulum, Fabricam, Hospitale, & Servientes pertinentibus.</i>	Ibidem.
<i>Cap. XI. De forma in admittendis ad possessionem Præbendatis habenda.</i>	P. 50.
<i>Cap. XII. De modo, ad hoc ut Præbendati noviter recepti sciant Cæremonias, servando.</i>	P. 56.
<i>Cap. XIII. De his, quæ Præbendati, & alij Ministri in Divini Cultus ministerio, ac Beneficiorum, officiorumque suorum exercitio agere debent.</i>	P. 57.
<i>Cap. XIV. Qualiter omnes Ecclesiarum Cathedralium Præbendati tertis anni temporibus Cappas Chori gestare debent.</i>	P. 58.
<i>Cap. XV. De respectu, & obedientia debita Præsidenti, ac de ejus officio.</i>	P. 61.
No 2	Cap. XVI.

Proficium de se p. 52

Catalogus Capitulum Ecclesie Mexicanae
 & eius membris in benedictione sui propriæ maxime monumenti
 partem totidem in Germanico Ecclesie, Contrivatoris Pæ-
 larum de beluhen, nec non deum ad Virginis Deo consecran-
 das. Obit anno mdcxxvii. & sepultus est in hac Ecclesia.
 D. Emanuel Josephus Rudis, & Salinas, pars in opus
 to Alencas veteris in Castellæ Diocesis Tolosanæ, Vintonæ Ge-
 nialis Philopani Ovetensis, & Abbatis Thales Aurtensis, Cap-
 latus Regius, Abbas Regij Conventus Canoniceum Regularium
 sancti Augustini Legionensis, sub advocacione sancti Ildoræ, Re-
 gas ad Ecclesiam Mexicanaam a Ferdinando VI anno mdcxxvii
 Vn. quædam Antiqui bonos ornatus, præcipue misticordia in
 pariter. Obit die 11 Julij anni mdcxxv. ætatis sue sexagesi-
 mo tertio, & jacet in hac Ecclesia.

Omnium obsequentissimus

Benedictus Antonius a Lorenzoni

pelivit, & plurima Sacrificia, & Suffragia pro illius anima obtulit.

V. D. Joannes de Palafox, & Mendoza, Episcopus Angelopolitanus, nominatus a Philippo IV. ad Ecclesiam Mexicanam ob Virtutum ejus excellentiam, quod minus humiliter & constantet recusavit. Ut de hoc Viro præstantissimo aliqua indigitem, sat sit dicere fuisse formam, atque Exemplar Sacerdotum, & Episcoporum; Apostolicis Viris merito debere annumerari; eloquentia, & Scriptorum copia Christotomus, pro tuendis Ecclesie suæ juribus Gregorius, pro sustinenda famæ jactura Neponimuceno; & Apostolica paupertate præcis Patribus simillimum; in quo humilitas sine objectione, constantia sine superbia, Doctrina sine arrogantia, cunctæque animæ, & corporis Dotes splendebant, & ob tam præclaræ merita enixe Deum exoramus, ut Sanctorum albo feliciter adscriptum publico cultu veneremus.

D. Joannes de Mañosa natus Marquina in Castabria, Alumnus Collegij majoris veteris Sancti Bartholomæi in Civitate Salmantina, Primus Inquisitor Cartaginensis in novo Regno Sanctæ Fidei, postea Limentis, inde ad Supremum Sancti Officij Senatuum evehctus; Præses Regiæ Cancellariæ Granatensis; Electus ad Ecclesiam Mexicanam die xiv. Junij anni mdcxlii. obiit anno mdcxliii. & sepultus in hac sua Ecclesia, gesta videtur die xv. Junij.

D. Marcelus Lopez de Azcona, Abbas de Roncesvalles, electus ad Ecclesiam Mexicanam anno mdcxlii. intra breve spatium post ejus adventum in hanc Civitatem gravi infirmitate in navigatione contracta, & simul ardentissimo zelo officij Pastoralis absumptus, obiit, & sepultus est in hac Sancta Metropolitana Ecclesia, omnium desideratissimus propter ejus perfectas Virtutes.

D. Mathæus Zagade Bugueiro natus Villæ Sancti Petri, & Sancti Romani, Dioceseos Mindoniensis in Galliciæ Regno. Alumnus Collegij majoris Sanctæ Crucis apud Vallisoleum, in

ejus

ejus Academia Cathedram Artium, Durandi, & Sacræ Scripturæ moderatus est. Canonicus Magistralis primum in Ecclesia Astoricensi, deinde in Toletana Hispaniarum Primatæ. Electus Archiepiscopus Mexicanus die xix. Septembris anni mdcxlv. Ad Hispanias ob graves lites reversus, fuit nominatus Episcopus Gadicitanus anno mdcxlii. eodem anno Episcopus Legionensis, ac tandem mense Octobris anni sequentis Episcopus Carthaginiensis Ecclesie, in qua obiit mense Septembris anni mdcxlii. & inibi sepultus.

D. Didacus Ossorio de Escobar, & Llamas, natus in Portu Brigantino in Regno Gallicæ; Canonicus Doctoralis Ecclesie Toletanæ Hispaniarum Primatis, Inquisitor, Vicarius generalis ejus Archiepiscopatus, & Consilij Gubernationis Eminentissimi Cardinalis Sandoval Archiepiscopalis Toletani. Electus Episcopus Angelopolitanus, possessionem illius Cathedræ adeptus est die xli. Junij anni mdcxvi. deinde anno mdcxlii. Pro-Rex, & Dux Generalis Novæ Hispaniæ in locum Comitis de Besios nominatus, & ad Ecclesiam Mexicanam præsentatus, hoc munus humillime renuntiavit.

D. Alphonfus Cuevas, & Davalos, Patria Mexicanus, ex nobili Stirpe progenitus, Doctoratus gradu, & Rectoris munere in Academia Mexicana decoratus; Canonicus Magistralis, Thesaurarius, & Archidiaconus Ecclesie Angelopolitanæ, Decanus hujus Sanctæ Mexicanæ; electus Episcopus Nicaraguæ, consecratus Antequerensis, tandem ad Ecclesiam Mexicanam promotus, senio, laboribus, & adversa valetudine attritus hanc suam Ecclesiam potuit invifere, sed non per se possessionem adipisci. Qui plura de hoc clarissimo Viro desideret, apud D. Antonium de Robles, ejus vitæ scriptorem, reperiet: liceat asserere heroicas virtutes in eo splenduisse, in Universitate Regia Magistrum, & Doctorem peritissimum, in Choro observantissimum, in Episcopatu Pastorem

Mm

fuisse

fuisse vigilantissimum. Obijt Mexici, & jacet in hac sua Ecclesia.

D. Fr. Marcus Ramirez de Prado natus Matriti, Ordinis Sancti Francisci Regularis Observantiæ, habitum suscepit in Conventu Salmantino, Episcopus Chiapensis, postea Michoacanensis, Vifator Tribunalis Sanctæ Cruciatæ; promotus ad Ecclesiam Mexicanam anno MDCLXVI. perfecti Præfulis partes tam Chiapæ, quam Michoacani cumulavit. Omnium gratulatione in hac Metropolitica Ecclesia exceptus ante Sacri Pallij receptionem obiit in hac Civitate anno MDCLXVII. & sepultus fuit in sua Ecclesia.

D. Fr. Pajus Enriquez de Rivera, Hispani natus ex nobilissima Stirpe Ducum Flaviæ Auriensis Sacri Ordinis Sancti Augustini, professionem emisit in Regio Conobio Matritensi, Prior persepe nominatus, Censoris munus Sancti Officij Inquisitionis obiit, Episcopus primum Goatemalensis, postea Michoacanensis, & tandem ad Ecclesiam Mexicanam electus anno MDCLXVIII. pius, religiosus, modestus, charitate flagrans, & Ecclesiasticæ disciplinæ rigidissimus Custos. Pro-Rex nominatus XIII. Decembris anni MDCLXXIII. post obitum Excellentissimi Ducis de Veraguas, rectitudinem justitiæ, pacem, & publicam tranquillitatem suo in regimine adunavit, & memor suæ paupertatis, & solitudinis Religiosæ, Pro-Regnum, & Archiepiscopatum simul renuntiavit, evocatusque in Hispaniam ad Episcopatum Conchensem omnia propter Christum libentissime dimisit, & toto vitæ suæ decursu maxima austeritate transacto in solitudine observantissimi Conventus Beatæ Virginis del Risco sui Ordinis apud Abulam, ibi factus forma gregis, & humilitatis exemplar, obiit anno MDCLXXIV.

D. Emmanuel Fernandez a Sancta Cruce, & Sahagum, natus Valentis in Regno Castellæ, Alumnus Collegij majoris Conchenfis in Universitate Salmantina, Canonicus Magistralis in Ecclesia Segoviensi, electus Episcopus Chiapensis, postea Guadalaxarensis, demum Angelopolitanus anno MDCLXXVII. quam Ec-

cle-

clesiam gubernavit usque ad annum MDCCXIX. electus ad Mexicanam, eam summa animi moderatione renuntiavit, & insimul Pro-Regnum totius Novæ Hispaniæ.

V. D. Franciscus Aguiar, & Seixas, natus Villæ de Betanzos in Regno Galliciæ, Sodalis majoris Collegij Conchenfis Salmantini, Canonicus Magistralis Ecclesiæ Astoricensis, postea Penitentarius Metropolitica Compostellanæ, Episcopus Michoacanensis, a Carolo II. nominatus, & ad Ecclesiam Mexicanam translatus anno MDCLXXXI. singularis in eo fuit castitas, modestia ab omni fastu aliena, & vigilantia gregis sibi commissi: Totam Diocesim Mexicanam summo labore perlustravit, pascens verbo, & exemplo: erga inopes, & miseros Indos beneficentissimus, morum reformator, erga alios blandus, in se ipsum austerus, intelligens super egenum, & pauperem, Xenodochia, Berphothrophia Orphanotrophia partim erexit, partim jam erecta sublevavit, & Collegij Tridentini Seminarij foundationem exorsus, ad finem usque perduxit, vitæ innocentia commendatissimus, & qui ejus gesta sigillatim scrutetur, abs dubio comperiet veri Præfulis typum, ob cujus merita de causa Beatificationis pertractatur. Obdormivit in Domino XIV. Augusti anni MDCCXVIII. & ejus corpus jacet in Capella Sancti Philippi a Jesu hujus suæ Sanctæ Ecclesiæ.

D. Joannes de Ortega, Montanes in Oppido Llanes in Principatu Asturicensi ex nobili progenie genitus, Episcopus Novæ Galliciæ, postea Michoacanensis, Pro Rex, & Dux Generalis hujus Novæ Hispaniæ, electus ad Ecclesiam Mexicanam anno MDCCII. in cujus Civitate iterum Pro-Regis Dignitatem suscepit, & tandem senio confectus, sepultus est in hac sua Metropolitica Ecclesia.

D. Fr. Josephus Lanciego, & Egulaz, natus Vianne in Regno Navaræ, Ordinis magni Patriarchæ Benedicti, Prædicator Regiæ Majestatis, Censor in Suprema Sancta Inquisitione, Abbas

Mm 2

Mo-

Monasterij de Naxera, electus a Philippo V. ad Ecclesiam Mexicanam anno MDCCXI. quam maxima prudentia, & pari sollicitudine rexit; obiit xxv Januarij anni MDCCXXVIII. ætatis suæ septuagesimo tertio, & sepultus est in hac sua Ecclesia.

D. Emmanuel Josephus Endaya, & Haro, natus Luzonis in Insulis Philippinis, Magister in Philosophia, & Doctor in Sacra Theologia in Universitate Manilensi, Canonicus Sanctæ Ecclesiæ Placentinæ, Archidiaconus de Alarcon, Dignitas Conchenſis Ecclesiæ, electus ad Ovetensem Episcopatum, statim fuit evocatus propter ejus eminentem scientiam a Summo Pontifice Benedicto XIII. ad Concilium Romæ celebratum anno MDCCXXV. in quo subscripsit, & munus Episcopi assidentis, & Prælati Domestici Sacri Palatii Apostolici, obiit: ad suam Sedem Ovetensem restitutus, electus fuit Archiepiscopus Mexicanus anno MDCCXXVI. cumque jam Bullæ, & Litteræ Apostolicæ fuerint expeditæ, unaque cum Sacro Pallio ad suas manus pervenerint, obiit in Villa Beneventi ejusdem suæ Diocesis die v. Octobris anno MDCCXXIX. ætatis suæ quinquagesimo quinto. Fuit præcellens sager, Orator, Pater pauperum, integerrimus Custos Ecclesiasticæ Disciplinæ, & vigilantissimus Pastor animarum.

D. Joannes de Lardizaval, & Elorza, natus Seguræ in Cantabria, Alumnus Collegij majoris veteris Salmantini D. Bartholomæi, Carbedras in ejus Academia Philosophiæ, Durandi, & Scoti moderatus fuit, Canonicus Magistralis Salmantinus, & ad Episcopatum Angelopolitanum electus anno MDCCXXI. & cum anno MDCCXXIX. fuisset nominatus ad Ecclesiam Mexicanam, eam humiliter recitavit.

D. Joannes Antonius Vizarron, & Eguiarreta, natus in Portu Sanctæ Mariæ Archidieceſeos Hispaniæ, Archidiaconus titularis Sanctæ Patriarchalis Ecclesiæ Hispaniæ, Præfectus Regij Veli, & Cubiculi, electus Archiepiscopus Mexicanus anno

MDCCXXX. Pro-Rex nominatus, utriusque muneris partes explevit, & ejus memoria in benedictione erit propter maxima monumenta piarum fundationum in Seminario Collegio, Conservatorio Puellarum de Bethlehem, nec non dotium ad Virgines Deo consecrandas. Obiit anno MDCCXLVII. & sepultus est in sua Ecclesia.

D. Emmanuel Josephus Rubio, & Salinas, natus in oppido Alvearis veteris in Castella Diocesis Toletanæ, Visitator Generalis Episcopatus Ovetensis, & Abbatia Flavie Auriensis, Capellanus Regius, Abbas Regij Conventus Canonicorum Regularium Sancti Augustini Legionensis, sub advocazione Sancti Ildori. Electus ad Ecclesiam Mexicanam a Ferdinando VI anno MDCCXLVII. Vir cunctis Animi dotibus ornatus, præcipue misericordia in pauperes. Obiit die II. Julij anni MDCCXLV. ætatis suæ sexagesimo tertio, & jacet in hac sua Ecclesia.

Omnium obsequentissimus

Franciscus Antonius a Lorenzana.

Sanctæ Matris Theresiæ: Cum in Hispaniam fuisset evocatus a Philippo IV. & grato animo exceptus, Ecclesiæ Zamorensis Præful datus est, & in ea decessit die, viii. Augusti anni MDCXXXI. Præclarissimus hic Vir typis commisit Concilium tertium Mexicanum proprijs sumptibus anno MDCXXII. in quo non parum infudavit; & absens, amorem erga suam Ecclesiam Mexicanam ostendit.

D. Franciscus Manso, & Zufiga, natus apud oppidum Canillas in Rivogia Diœcesis Calagurritanæ, Sodalis in Collegio majori Sanctæ Crucis apud Vallisoletum, & Vespertinam in eâ Academia Juris Pontificij Cathedram Regens, Auditor Regiæ Cancellariæ Granatensis, Consiliarius Regis in Supremo Regij Ærarij, & Indiarum, Abbas Sancti Adriani, & Archipresbyter Rivogiæ, & veteris Cameri, nominatus ad Ecclesiam Mexicanam a Philippo IV. die XII. Aprilis anni MDCXXIX. Pauperes munifica manu sublevavit; tempore inundationis, quam Civitas Mexicana passa est anno MDCXXX. & pestis, proximæ subsequente curationi Indorum miserabilium inferviebat; Cernebant omnes hunc Prælatum omnia terra, lacuque circumcursantem, primum, ut ab illuvie suas oves eriperet, deinde ut egrotantibus alimoniam, & medicamina subministraret. De reparatione Ecclesiæ Domine nostræ de GUADALUPE magnopere curavit, & Sacram ipsius Imaginem ab Ecclesia Cathedrali, in qua ob aquarum torrentem asservata fuit, in suam Capellam restituit. Aperiri jussit Arcam, in qua decenter recondebatur venerandum Corpus fidelissimi Servi Dei Gregorij Lopez, ejus ossa numeravit, & invenit adhuc spirantia miram fragrantiam, & suavitatem. Postea rediens in Hispaniam secum tulit integram ejus tibiam, quam reverenter retinuit usque ad obitum in Ecclesia Metropolitana Burgenfi, ad quam post præsentationem ad Episcopatum Pacis Augustæ, & Novæ Carthaginis, nec non Commissariam Generalem Sanctæ Cruciatæ, tandem fuit pro-

motus cum honore Consiliarij Supremi Senatus, & Cameræ Indiarum addito titulo Comitum de Ervias, & Vice-Comitum de Negueruela. Jacet in præfata Ecclesia Metropolitana Burgenfi. Hic adnotare libet dimidiam partem tibie Venerabilis Gregorij Lopez, quam secum asportavit præfatus Præful, recondi in Monasterio Sancti Emilianii Ordinis Sancti Benedicti.

D. Franciscus Berdugo natus Carmonæ in Archiepiscopatu Hispanensi, Alumnus Collegij Sanctæ Mariæ a Jesu, Urbis Hispanensis, alias Magistri Roderici nuncupati, in ejus Academia primam Cathedram Juris Pontificij rexit, Inquisitor Limentis, Episcopus Guamangæ in Regno Peruano, electus a Philippo IV. ad Ecclesiam Mexicanam, obiit ante Confirmationem, & Bullarum expeditionem Guamangæ, & sepultus fuit in ejus Ecclesia Cathedrali.

D. Felicianus de la Vega natus Limæ, ibi in primaria Juris Pontificij Cathedra emeritus, Canonicatu ejusdem Metropolitanæ Ecclesiæ, Dignitate Præmicerij, seu Cantoris, Vicarij Generalis Archiepiscopatus, & Judicis appellationum perfunctus, Episcopus Popajanus, & Veræ Pacis electus anno MDCXXXVII. & ad Ecclesiam Mexicanam assumptus die IX. Martij anni MDCXXXVIII. Vir abs dubio magnæ eruditionis cum prudentia adunatæ, legitur enim quatuor mille circa lites sententias protulisse, nunquamque contigisse, ut vel una revocaretur. Ejus eruditionem testatur liber, cui titulus *Relectiones Canonicae*. Totam Diœcesim Popajanam vistingit, Gentiles plurimos ad Fidem convertit, & non est adepta Ecclesia Mexicana hunc meritissimum Antistitem; nam, cum appulisset Acapulcam, repentino morbo correptus, finem vivendi fecit mense Decembri anni MDCXL. Postea V. D. Joannes de Palafox, ejus Successor designatus, Novæ Hispaniæ Prorex fecit corpus prædicti Archiepiscopi Acapulco asportari Mexicum; intra Metropolitanam Ecclesiam decenti pompa se-

- Cap. XVI. De his, quæ Ceremoniarum Magister erga ingre-
dientes Chorum præstare tenetur. P. 63.
Cap. XVII. De Ordine per Capitulum capitulariter egrediens
servando. P. 65.
Cap. XVIII. De Magistri Capelle officio, & Cantoribus. P. 66.

SECUNDA STATUT. PARS CONTINET.

- Cap. I. De Capitulis in Ecclesia habendis, illorumque tem-
pore, & assistentie modo. P. 71.
Cap. II. Quando, & quomodo convocanda sunt Capi-
tula ante diem. P. 80.
Cap. III. De Capitulo in Choro, non nisi de levibus rebus
habendo. P. 82.
Cap. IV. De Generali Capitulo binis quibusque mensibus ha-
bendo. Ibidem.
Cap. V. De negotijs gratiam, vel iustitiam concernentibus. P. 83.
Cap. VI. De modo, quo gratia in Capitulo facta, contradici
potest. P. 85.
Cap. VII. Quomodo negotium per suffragia conclusum, ite-
rum tractari non possit, & quando possit. P. 86.
Cap. VIII. De horum statutorum lectione, & repetitione. P. 87.
Cap. IX. Quomodo multa per Capitulares remitti non
debeant. Ibidem.
Cap. X. De Secretarij Capitularis officio, & obligatione. P. 88.
Cap. XI. De sigillo Capituli. P. 90.

TERTIA STATUT. PARS CONTINET.

- Cap. I. De his, quæ reddituum Decimalium Admini-
stratores agere debent. P. 91.
Cap. II.

- Cap. II. De OEconomis. P. 92.
Cap. III. De Fabricæ bonis. P. 93.
Cap. IV. De Anniversarijs, & Commemorationibus. Ibidem.
Cap. V. De Scripturis Ecclesiæ, & earum Custodia. P. 94.
Cap. VI. De Candelis die Purificationis Beatæ MARIÆ
distribuendis. P. 95.
Cap. VII. De Requie, ejusque usu, ac tempore. P. 96.
Cap. VIII. De his, quæ amittit, qui prædicta requie utitur. P. 98.
Cap. IX. De his, quæ lucrari possunt Præbendati, qui a
Prælato occupantur. P. 99.

QUARTA STATUT. PARS CONTINET.

- Cap. I. De Patitur Præbendatis ægotantibus concessio. P. 101.
Cap. II. De Patitur Præbendatis extra Civitatem con-
cesso. P. 102.
Cap. III. De his, quæ cum Præbendatis ægotantibus, in
mortis periculo constitutis, agenda sunt. P. 104.
Cap. IV. Quomodo ægotanti Prælato Ecclesiastica Sacra-
menta sint administranda. P. 105.
Cap. V. Quomodo Præbendatis ægotantibus eadem Sacra-
menta ministrari debeant. P. 106.
Cap. VI. De Campanarum pulsatione, defuncto Prælato fa-
cienda. Ibidem.
Cap. VII. De modo sepeliendi Prælatum defunctum. P. 107.
Cap. VIII. De modo sepeliendi Præbendatos defunctos. P. 109.
Cap. IX. De his, quæ quilibet Capitalaris agere tenetur in
Prælato, vel alicujus Capitalaris obitu. P. 110.
Cap. X. De injurijs verbo, aut facto illatis. P. 111.
Ordo servandus in Choro, ab Illmo. D. Fr. Alphonso de
Montufar præscriptus. P. 115.
Catalogus Præfulum Ecclesiæ Mexicane. P. 131.

FIN.

